

**1373** b. f.<sup>1</sup> | C. Iu[l.] Senecio|nem v. e., | proc. prov. Ga|lat. item vice prae|sidis eiusd. prov. et Ponti, | Zeno Augg. lib., | tabular. | prov. eiusd., praeposito incomparabili.

*Ancyrae (III 251 aliquoties descripta saec. XVII/XVIII).* — 1) *Bona Fortuna* (cf. N. 467 not. 4).

**1374** C. Minicio C. fil. | Vel. Italo InIviro i. d., | praef. coh. V Gallor. equit., | praef. coh. I Breucor. equit. c. R., | praef. coh. II Varc. eq.<sup>1</sup>, trib. milit. leg. VI Vict., | praef. eq. alae I sing. c. R., donis donat. a divo | Vespasiano coron. aurea hast. pur., | proc. provinc. Hellespont.<sup>2</sup>, proc. provinciae Asiae quam | mandatu principis vice defuncti procos.<sup>3</sup> réxit, procurat. | provinciarum Luguduniensis et Aquitanicae item Lactora<sup>4</sup>, | praefecto annonae, praefecto Aegypti, flamini divi Claudi, | decr. dec. (In latere) P. Tullius Max . . . . . amula Inlviri i. d. III k. Iun. | s(enatum) c(onsuluerunt), scrib(endo) adf(uerunt) . . . . . Proculus C. Appuleius Celer | A. Iunius G . . . . . Sex. Cossutius Secundus. | Quod v(erba) f(acta) s(unt) in hō[norem C. Minici Itali, splendi]ssimum<sup>5</sup> virum quidquid conse[qui gratiae au[t potentiae per summos honor]es equestris dignitatis potuerit, | it omne ad au[gendam et ornandam patria]m suam convertisse nec ullo | se feliciorum [credere officio quam ut pro ea la]boret, q(uid) d(e) e(a) r(e) f(ieri) p(laceret), d(e) e(a) r(e) i(ta) c(ensuerunt): | Cum C. Minic[ius Italus . . . . . h]unc praecipuum virtutum | suarum fi[nem] . . . . . rtunam locis [a]mplificaverit | et super cet[era omnibus sit notu]m, sacratissimum principem | Traianum A[ugustum decrevisse rogatu ei]us, ut incolae, quibus fere censemur, muneribus nobiscum fungantur<sup>6</sup>, et ut pleniorum indulgentiam | maximi imper[atoris habeamus per eum cont]igisse, p(lacere) h(uic) o(rdnini) adq. e r(e) p(ublica) v(ideri), statuam | aereum cum [basi marmorea ei pon]i decretu[m]que nostrum basi inscribi, | quo testatiu[s sit pro meritis beneficii]s que tanti viri solvendo nos | aliter [non esse, nisi ut de eo publi]ce gloriemur. Censuerunt. | Ti. Iulio [Candido II C. Ant]io Quadrato II cos.<sup>7</sup>

*Aquileiae (V 875 vidit Mommsen praeter partem inscriptionis lateris iam deperditam).* — 1) *Praefecto cohortis secundae Varcianorum equitatae.* — 2) *De procuratore provinciae Helleponiti* cf. Hirschfeld *Sitzungsber. der berl. Akad.* 1889 p. 449 not. 47, contra Marquardtium *Staatsv. I<sup>2</sup>* p. 543 not. 2. — 3) *Significatur, (ut coniecit Waddington fastes des prov. asiat. § 105)*, *Civica Cerealis, in proconsulatu Asiae occisus a Domitiano circa a.p. Chr. 88* (*Tac. Agr. 42; Suet. Dom. 19*). — 4) *Quod Lactora Traiani aetate ita nominatur, ut non videatur comprehendi Aquitania, Mommseno videtur pertinere ad originem provinciae quae postea fuit Novempopulanea;* cf. etiam Hirschfeld *comm. Momms.* p. 440 not. 50. — 5) *Supplementa formavit Mo.* — 6) *Tempore Traiani incolas nondum generali lege ad munera suscipienda adstrictos fuisse, sed speciali principis rescripto ad eam rem opus fuisse, notat Mo.* — 7) *Consules sunt a. 105.*